Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

pedes meos. Et audiui loquentem
ad me dicentem. fili hominis mit
to ego te ad filios israel. ad gentes a
postatices que recesserunt a me
patres eorum preuaricati sunt pa
ctum meum usque ad diem hanc. et
filii duri cerunice sunt. et indoma
bili corde. ad quos ego mitto te. et
dices ad eos. hec dicit dominus de
si forte uel ipsi audiant. et si forte q
escant quia domus exasperans est.
et scient quia propheta fuerit in me
dio eorum. Tu ergo fili hominis
ne timeas eos. neque sermones eorum
metuas quoniam maledicti et sub
uersores sunt tecum. et cum scorpi
onibus habitas. verba eorum ne ti
meas. et uultus eorum ne formides
quia domus exasperans est. Loqris
ergo uerba mea ad eos. si forte au
diant. et quescant quoniam irrita
tores sunt. Tu autem fili hominis
audi quecumque loquor ad te. et noli
esse exasperans sicut domus exaspe
rans est. aperi os tuum. et comede
quecumque ego dabo tibi. et uidi et
ecce manus missa ad me in qua
erat liber inuolutus. et expandit
illum coram me qui erat scriptus
intus et foris. et scripte erant in eo
lamentationes et carmen. et ue. Et
dixit ad me. fili hominis quecumque
inueris comede. Comede uolumen
istud. et uadens loquere ad filios is
rahel. Et aperui os meum. et ciba
uit me uolumine illo. III

Et dixit dominus ad me. fi
li hominis. uenter tuus co
medet. et uiscera tua replebunt. vo
lumine isto quod ego do tibi. et con
di illud. Et factum est in ore meo
sicut mel dulce. Et dixit ad me. fi
li hominis. uade. et ingredere ad do
mum israel. et loqueris uerba mea
ad eos. non enim ad populum profundi
sermonis et ignote linguae tu mit
teris ad domum israel. neque ad pop
ulos multos quorum non possis
audire sermones. Et si ad illos
mitteris ipsi audirent te. domus
autem israel nolunt audire te. quia no
lunt audire me. omnis quip
pe domus israel. durata fronte est
et duro corde. Ecce dedi faciem va
lentiorem facies eorum. et fron
tem tuam durioren frontibus eo
rum. et ut adamantem et ut silicem
dedi faciem tuam. Ne timeas eos
neque metuas a facie eorum quia do
mus exasperans est. Et dixit ad
me. fili hominis omnes sermones
istos meos quos loquor ad te. assu
me in corde tuo. et auribus tuis
audi. et uade. et ingredere ad transmi
grationem israel. ad filios populi tui
et loqueris ad eos. et dices eis. hec
dicit dominus deus. si forte audi
ant. et quescant. Et assumpsit
me spiritus. et audiui post me uo
cem commotionis magne. Benedicta
gloria domini de loco sancto suo.
et uocem alarum animalium pri
cedentium alterum ad alterum. vo
cem rotarum sequentium. et uocem
uiam. et uocem commotionis magne
spiritus quoque leuauit me. et as